

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria mala siue uana ad
cum fonte primo

Nulla est tanta humilitas que dulcedine glorie non tangatur,
que eciam a claris uiris interdum ex humilimis rebus petita.

nulla est ergo tanta humilitas quae dulcedine gloriae non tangatur.
Illa uero etiam a claris uiris interdum ex humillimis rebus petita est:
nam quid sibi uoluit C. Fabius, nobilissimus ciuis, qui cum in aede Salutis,
quam C. Iunius Bubulcus dedicauerat, parietes pinxisset, nomen iis suum inscripsit?

Valerius Maximus, *Facta et dicta memorabilia*, 8.14.5-6 (J. Briscoe ed., p.554, ll.47-53).

Ceterum gloria ab hiis quidem qui contemptum eius inducere conantur, non negligitur,
quoniam quidem ipsis uoluminibus nomina sua diligenter adiciunt,
ut quod professione negant, usurpatione memoriae assequantur.

Ceterum gloria ne ab iis quidem qui contemptum eius inducere conantur negligitur.
quoniam quidem ipsis uoluminibus nomina sua diligenter adiciunt,
ut quod professione eleuant usurpatione memoriae adsequantur.

Valerius Maximus, *Facta et dicta memorabilia*, 8.14.ext.3 (J. Briscoe ed., p.556, ll.88-92).

Est enim glorie uane magnus appetitor, qui se a gloria affuisse gloriatur.

[fons nondum repertus]

Valerius Maximus libro VIII. de memorabilibus dictis.